







582  
1770 29  
1770  
4  
DISSERTATIO JURIDICA  
DE

# MULIERE CAMBIANTE,

QUAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBUR-  
GICO, DUCAT. MAGDEB. GUBERNATORE,

ET RELIQUA,  
IN ILLUSTRACADEMIA FRIDERICIANA,  
PRÆSIDE

**DN. JACOBO FRIDERICO  
LUDOVICI,**

J. U. D. PROF. PUBL. ET FACULT. JURID.  
ADRESSORE,

PATRONO AC FAUTORE SUO ÆTATEM COLENDO,  
D. NOV. MDCCX.

PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTET

**CHRISTOPH. CAROLUS** *Bruckmüller,*  
RATISBONENS.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

---

APUD CHRISTIANUM HENCKELIUM 1734.



DISTRICTO JURIDICO

MULLERE  
CAMBIANTE

IN HONORE MAGNIFICENTISSIMO  
S. M. J. DOMINO

FRANCISCO JOSEPHO  
MAGISTRO JURIS  
MAGISTRO CURIAE

DR. JACOBO FRIDERICO  
FR. DOVICI

IN S. P. FACULT. JURID.

EXTERO AC INTERIORE  
D. NOV. MDCCX.

CHRISTOPH. CAROLUS SYDNER





DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
MULIERE CAMBIANTE.

CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS.

**I**N favorem mulierum propter imbecillitatem sexus multa singularia introducta fuerunt, praesertim quod non obligentur, si in aliorum utilitatem contrahant, §. I. mulieres tamen mercatrices indistincte obligantur, §. II. Cambia ad mercatorem pertinent, §. III. In cambiis quatuor personae occurrunt, §. IV. Formatur status controversiae de muliere cambiante, §. V. Non est sermo de cambio manuali & minuto; §. VI. sed de eo, quod per literas fit, sine distinctione, an sit feriarum, an platearum: an qui literas cambi dedit, alium acceptantem substituerit, annon? §. VII. Non est quaestio de muliere remittente & praesentante, sed de transante & acceptante, §. VIII. Rigor juris cambialis in quo consistat, & an contra mulieres cambiantes locum habeat? quod Scabini Lipsienses negarunt, §. IX. Wittebergenses autem & Jenenses J.Ci affirmarunt, §. X. & XI. Ab el-Gore Saxoniae ab initio sententia Scabinorum Lipsiensium confirmata fuit, §. XII. postea vero opinio Wittebergensium & Jenensium approbata, utroque casu, sive mulieres cambiantes sint

A 2  
mer-



CONTENTA TOTIUS DISSERTAT.

mercatrices, five non, §. XIII. mox vero hæc dispositio iterum ad mulieres mercatrices restricta, §. XIV. & denique ad illas, quæ separatam mercaturam exercent, §. XV. An mulier cambians in negotio cambiali curatore opus habeat? §. XVI. An de beneficiis & juribus suis certiorari debeat? §. XVII. An pro altero sese in causis cambialibus obligans exceptione S<sup>C</sup>ti Vellejani uti queat, vel beneficio restitutionis in integrum? §. XVIII. An mulieres cambiantes incarcerari possint, & quomodo carcer comparatus esse debeat? §. XIX. De jure cambiali Magdeburgico, §. XX. In ordinatione cambiali non distinguitur, an mulieres sint mercatrices, annon, sed ille indistincte obligantur, mercatrices tamen, licet non sint plene majorenes, §. XXI. Concordat ordinatio Cambialis Marchica, §. XXII. De casu, quando uxor nomine quidem mariti, sed absque ipsius præcitu & mandato literas cambiales ad maritum directas acceptat, §. XXIII. Jure Marchico noviori mulier cambians, si non est mercatrix, nec marito mercatori nupsit, curatore vel adstante aliquo opus habet, §. XXIV. manet tamen adhuc differentia inter jus Marchicum & Saxonicum, quod ostenditur, §. XXV. Jus Magdeburgicum eodem modo mutatum fuit, quo jus Marchicum, §. XXVI. De jure Brunsvicensi cambiali aliisque pluribus, §. XXVII. An exceptio mulieri cambianti competens ejus quoque fidejussori proficiat? §. XXVIII. Casus specialis de literis cambialibus in numero singulari conceptis, à marito tamen & uxore conjunctim subscriptis, §. XXIX. Quid si in illis locis, ubi mulier cambians non obligatur juxta rigorem juris cambialis, nisi mercaturam exercent, ea quidem tempore scripturarum literarum cambialium mercatrix fuerit, deinde vero, antequam dies solutionis venit, mercaturam deseruerit? §. XXX. Conclusio dissertationis, §. XXXI.





§. I.



**M**ulier, sive ea adhuc virgo sit, sive in conjugio vivat, sive mortuo marito inter viduas tristis sedeat, fragilis esse & saepe adversus propria commoda laborare dicitur, *v. l. 4. C. de sponsal.* unde non solum Romanæ, sed etiam multorum aliorum populorum leges variis modis iisdem prospicere voluerunt, ne propter fragilitatem atque imbecillitatem illam damno aliquo atque incommodo adficerentur. Sic Florentiæ, Mediolani, Parmæ, Luccæ, Genuæ, Veronæ, Ferrariæ, imo apud omnes fere Italos mos inolevit, ut mulieribus potestas contrahendi interdicta sit absque consensu Mundualdi, quale quid de Gallia, Burgundia, Hispania, Scotia, Flandria, Frisia, Geldria, & aliis provinciis etiam refert Joachimus Wibelius *in tract. de contract. mulier. c. 1. num. 47. usque ad fin. cap.* Similiter jure Lubecensi & Hamburgensi mulieres in perpetua cura sunt, *Stat. Hamb. p. 1. tit. 4. art. 5. Mev. ad jus Lub. l. 1. tit. 7. art. 1. n. 18.* Nec non jure Saxonico, cum aliqua tamen differentia inter jus electorale & commune, de qua Struv.



*Jur. R. G. F. l. i. tit. 28. aph. 4.* Idem jure veteri Romano obtinebat, v. Wissenbach *Emblem. Tribon. ad. l. 26. ff. de tut.* Quamvis vero jure recentiori apud Romanos cura illa fuerit sublata; leges tamen imbecillitati mulierum adhuc prospexerunt in fidejussionibus, & quoties in alienam utilitatem negotium contrahunt, ubi exceptione SCti Vellejani opposita tutæ sunt, l. 2. §. 1. & 2. ff. ad SCt. Vellejan. ignoscunt dictæ leges, quoties mulier jura civilia ignoravit, l. 9. pr. ff. de jur. & fact. ignor. & quæ sunt alia similia plura, de quibus Frider. Pruckmannus in libr. de differ. utriusque sex. præcipue part. 2. agit, quamvis hic Autor summa imis miscuerit, ut non raro judicium desiderari possit.

§. II. Non promiscue ergo obligantur mulieres, præcipue, si contractus ab aliis celebrati non in propriam, sed aliorum utilitatem vergant. Verum hic exceptionem constituunt mulieres *mercatrices*, quales sunt, quæ negotiari consueverunt, non etiam, quæ unica forsitan vicè solam negotiationem exercuerunt, v. Carpzov. P. 2. C. 15. D. 16. n. 3. Hæ itaque *mercatrices*, si intuitu mercaturæ contraxerunt, in emendis atque vendendis mercibus, quas in tabernis prostantes habent, sine curatoris & mariti consensu firmiter se obligare possunt, prout clare innuunt verba *Constit. Sax. Elect. 15. part. 2. in f. und insonderheit den Weibs-Personen, so zu handthieren pflegen mit kauffen und verkauffen, in den Krahhmen und andern dergleichen Waaren ohne Vormunden beständig und verbindlich zu schliessen und zu handeln hiemit unbenommen seyn soll*, adeo, ut etiam mulier *mercatrix* coëmendis mercibus mutuum accipiens pecuniam absque consensu & autoritate Curatoris,



toris, ædes aut fundum creditori in iudicio hypothecæ obligare possit, Carpzov. *d. C. 15. D. 16. n. 7. seqq.* Berlich. *P. 2. Concl. 17. num. 92.* & secundum Responsum Jctorum Lipsiensium nomina mulierum non tantum activa, sed & ipsarum gerada subjaceat arresto, juxta D. Zipffel. *de tesser. collybist. sect. 7. §. 20.* Porro mulieres mercatrices beneficio S<sup>C</sup>ti Vellejani etiam non fruuntur, quoniam, ut DD. dicunt, securitas & utilitas commerciorum publicorum exigit, ut ei operam navantes fidem sincere exsolvant, Mev. *ad jus Lubec. l. 1. tit. 10. art. 1. n. 77.* idque indistincte, sive uxor communem cum marito exerceat negotiationem, de quo casu specialiter agit Gail. *2. Obs. 90. num. 5.* sive res suas separatim habeat, B. Stryk. *in us. mod. ff. ad S<sup>C</sup>t. Velleian. §. VI.* Confer. *Jus Lubec. l. 1. tit. 10. art. 1. ibi:* Außerhalb derer, welche Kauffmannschafft, Handel und Wandel treiben, was dieselbe geloben, daß müssen sie gelsten und bezahlen. Marquard. *de jur. mercat. l. 1. c. 12. num. 21.* Scilicet, beneficium S<sup>C</sup>ti Vellejani ex mero jure positivo civili originem habet, ergo nihil etiam vetat, quo minus per leges civiles contrarias mulieribus iterum auferri queat.

§. III. Quamvis autem Benvenuto Straccha *in tract. de mercatur. part. 1. n. 5. 43. & 67.* præmissa distinctione inter negotiatorem & mercatorem, campfores à classe mercatorum excludat eosque in numerum negotiatorum solum referat; nobis tamen perinde esse potest, sive hoc, sive alio nomine insigniantur campfores, cum extra dubium omnino sit, quod cambia à mercatura vix ac ne vix quidem separari possint, & proinde, posito, quod cambia non sint ipsa mercatura, pro mercaturæ tamen annexo inseparabili haberi debeant & por-

ro



ro mercaturæ naturam quoque sequantur. Imo, hodie non est infrequens, ut meri campfores mercatorum nomine veniant, vocantur enim *Kauffleute*, die mit *Wechseln handeln*. Propius itaque nunc accedimus ad id, quod in præsentî principaliter excutere constituimus: utram scilicet ea, quæ in §. præc. de mulieribus mercatricibus generatim adduximus, ad mulieres quoque in materia cambiiorum rite applicari queant? Quoniam vero non solum diversæ personæ in cambiis occurrunt, sed quoque non una cambiiorum est species; hinc ut status controversiæ rite formetur, nonnulla & de personis occurrentibus & de speciebus cambiiorum hic ante omnia præmittenda erunt.

§. IV. Quod *personas* in cambiis occurrentes cernit, eæ passim recensentur, inter omnes autem maxime perspicue à B. Strykio in *caut. contract. sect. 3. c. 5. §. 8.* item in *Dissert. de cambial. liter. accept. c. 2. §. 3.* nec non in *Us. mod. ff. tit. de rer. permut. §. 6.* cujus tradita huc transferemus, cum desit, quod iisdem superaddere possimus. Occurrit itaque (1) *Remittens*, quem interdum quoque *Numerantem* appellant, qui primus certam pecuniæ summam in certo aliquo loco exsolvit, ut illa summa alio in loco, de quo inter partes convenit, vicissim tertio alicui exsolvatur. Nostri eum vocant *den Herrn des Wechsels*, *den Wechsel Geber*, *der den Wechsel übermachen lässet*, & hic respectu *Trassantis*, de quo mox, est creditor, si *Trassanti* *Valutam*, id est, pecuniæ summam conventam numeravit: quod si *valuta* nondum soluta, debitoris vices sustinet. Remittere ergo, seu remissam facere, nihil aliud hic est, quam mandare, ut alter (*Trassans*) pecuniam ipsi solutam (quæ

*Remissa*



Remissa vocatur) alibi exsolvat, Raph. de Turri *tr. de camb. disp. 1. qu. 1. n. 35. & 36.* Deinde (II) notari debet *Trassans, Tractans, Trabens, Campsor, Collybista, Transportans, Dator literarum cambialium, Scribens, Transcribens, Receptor*, nobis ein Trassier, Wechsel Nähler, Geber oder Ausgeber des Wechselbrieffs, der Geld auf oder zu Wechsel nimmt und dagegen den Wechselbrieff ausstellet Ordre-geber, cambist, &c. *Tratta* itaque, seu *Trassa*, est illa pecunia quantitas, quam *trassans* alibi exsolvere debet per aliam personam, quam in literis cambialibus *trassans* denominat. Postquam itaque hic *trassans* dictas literas cambiales Remittenti dedit, remittens easdem (III) transmittit *Presentanti*, qui pecunia alio in loco indiget, ac qui *Exactor* etiam juxta Anald. de Analdis *in tract. de commerc. & mercat. discurs. 36. n. 10.* nec non *Adjectus*, item *Campfarius* vocatur, der Procurant, Brieffs Überbringer, Brieffs oder Wechselbrieffs-Innhaber, Ordre-haber, auf den der Wechselbrieff gerichtet, und der solchen dem Acceptanten (de quo statim) vorzeigen muß. Jam notetur (IV) *Acceptans*, qui mandato *Trassantis* & vi literarum cambialium à *Trassante* ad hunc *Acceptantem* directarum summam, quam *Remittens* *Trassanti* exsolvit, *Acceptanti* iterum exsolvere debet. Hic *Acceptans*, vel ut porro vocari solet, *Acceptator, Mandatarius Trassantis*, cui dirigitur *Tratta*, five *Trassa*, *negotiorum gestor*, (quamvis paululum improprie) *Factor, Commissionarius, Corresponsalis, Correspondent*, auf den der Wechsel gezogen wird, vel simpliciter der *Bezogene*, prævia præsentatione literarum cambialium à *Trassante* datarum easdem acceptare & facta acceptatione pecuniam solvere obstringitur. Quid vero juris sit

B

eo



eo casu, si acceptare recusat, hoc ad nos in presenti non pertinet.

§. V. His ita præmissis quæstio nunc oritur, quid per *mulierem cambiantem* in rubrica Dissertationis nostræ intelligamus? an scilicet *mulier Remittens*, an *Trassans*, an *Præsentans*, an *Acceptans* esse queat? ita enim materia pertractanda & status controversiæ formandus erit, si de toto negotio distinctum conceptum nobis formare velimus. Verum enim vero ad quæstionem propositam nondum respondere possumus, sed, ut res eò clarius pateat, nonnulla de diversis cambiorum speciebus adhuc præmittere utile erit.

§. VI. Scilicet datur aliquod cambium, quod *manuale*, vel *minutum* vocant, illudque describunt, quod fiat eodem in loco & de moneta unius generis cum moneta alterius generis, nempe alterius formæ, vel metalli, commutando pretiosiora numismata cum minus pretiosis, vel è converso, unde & nos dicimus: *Ducaten verwechseln, & Ducaten einwechseln*. Fit hoc cambium intervntu duarum personarum tantum & absque ullo litterarum adminiculo, unde etiam dicitur cambium *sine literis & reale*: minutum vero vocant, quia ut plurimum minutiores nummi pro pretiosioribus, aut è contra commutantur, five, quia ut plurimum & respectu cambii per literas (de quo in §. IV.) fit ad minutum, id est, in parva quantitate, & quamvis permutatio in magna quantitate interdum fieret, adhucdum tamen diceretur cambium minutum, inspecta sui origine, v. plura de hoc cambio apud Sigism. Scacciam in *tract. de commerc. & camb. s. 1. quest. 5. n. 19. seqq.* Nostri vocant *Hand- oder klein Wechsel*, v. Joh. Jac. Heydigers *Anleitung zu gründlichem Verstand des Wech-*



*Wechsel-Recht's cap. 1. §. Wie dem allen aber.* Hoc cambium revera nihil aliud est, quam vera & propria permutatio, Lauterbach. *de contract. innomin. coroll. 1.* & non constituit objectum nostræ disquisitionis, quoniam ejus intuitu quoad mulieres nihil peculiare statutum, sed quocunque jure mulieres in aliis contractibus utuntur, illud quoque in hoc cambio attenditur.

§. VII. Manet ergo cambium, quod per literas fit & proprie cambium dicitur: neque hic interest, an sit cambium *feriarum*, cujus solutio in nundinas incidit & quod alias quoque *regulari*, sive *nundinale* vocatur: sive sit cambium *platearum* & *irregulari*, seu *non-nundinale*, cujus solutio extra nundinas facienda, de qua distinctione v. Bode *Diff. de Camb. thes. 2. lit. a.* Scacc. *de commerc. & camb. s. 1. qu. 5. n. 4. seqq.* D. Zipffel. *von Wechselbriefen und dero Ulanzett in proem. p. 5.* utroque enim casu quaeritur, an & quatenus mulier cambiare possit, ut exinde juxta rigorem juris cambialis obligetur? Neque porro interest, an ille, qui literas cambii dedit, alium acceptantem substituerit, qui alio in loco solvere debet, ut supra §. IV. an vero in se ipsum cambium traxerit, quod vocatur *ein eigen Wechsel*, *proper-Wechsel*, ubi præsentatione, vel acceptance opus non est, quia qui literas dedit, vi earum propriam personam jam obligavit, B. Stryk. *Diff. de liter. camb. accept. c. 2. §. 3. inf.* nam & hoc casu quaestio est, an mulieres se obligare queant & an juxta rigorem juris cambialis contra easdem sit procedendum?

§. IIX. Agedum, percurramus jam personas in §. IV. recensitas, quæ in cambio per literas occurrere solent. Et primo quidem Remittens huc proprie non pertinet, quoniam ille literas cambii non dat, neque adeo ex literis



ris cambialibus contra eum processus instituitur. Deinde, si mulier remittens mercatrix est, illi juxta dicta in §. II. potestas remittendi omnino competit: si non est mercatrix, remissio præcedentem contractum supponit, qui ex regulis juris communis, vel statutarii, dijudicari debet. Quin mulier præsentans esse possit, debium quoque subesse non videtur. Nam si mercaturam exercet, iterum pro lubitu agit: si eam non exercet, totum negotium a validitate contractus præcedentis dependet. Et neque hic mulier literas cambii dat, neque ad solvendum sese obstringit. Principalis igitur quæstio de muliere cambiante huc recurrit: primo, an mulier tanquam trassans literas cambii cum effectu rigida obligationis juxta jus cambiale dare queat? & secundo, an mulier literas cambiales ad ipsam directas cum eodem effectu acceptare possit?

§. IX. Rigor juris cambialis in hisce duobus potissimum consistit: (1) quod ille, qui literas cambiales dedit, vel eas accepit, *in propria persona se siliere teneatur*, nec recognitioni per procuratorem locus sit: (2) quod post factam recognitionem, si non solvat, aut exceptionem, v. gr. solutionis & compensationis, in continenti per liquida instrumenta probare non possit, *mox carceri includatur*, donec solutio facta fuerit. Quæritur itaque, an hic rigor intuitu mulierum locum inveniatur? Dissensus quondam intuitu hujus quæstionis inter Collegia Juridica Saxonica fuit, prout refert D. Zipffel in *tract. von Wechselbrieffen und dero Usancen sect. 1. p. 33.* & post eum Dn. Rivinus in *specim. except. forens. c. 8. n. 4. seqq.* Scabini Lipsienses rigori juris cambialis locum non esse existimabant, sed processum executivum solummodo concedebant A. 1673. hisce rationibus moti, *diemeil die Weibs.*



Weibs-Personen, vermöge der so wol gemeinen, als Landüblichen Rechte, Schulden wegen mit gefänglicher Haft, wenn Sie sich nicht selbstn dazu verschrieben, und zuvor ihrer disfalls habenden weiblichen Gerechtigkeitt erinnert worden, nicht zu belegen, das Markt-Rescript auch, so viel dieselbe betrifft, keine Aenderung getroffen, und als ein jus singulare auf diejenige casus, so darinnen nicht exprimiret, nicht zu ziehen. „ So wird auch, inferebant exinde, D. S. Eheweib, mittelst ihres angegebenen Actoris, zu erscheinen, und die gebethene recognition zu verrichten, billich nachgelassen.

§. X. Ita Scabini Lipsiensis. E contrario Wittebergenfes & Jenensfes pro rigore cambiali eodem anno pronunciarunt. Wittebergenfes ex hoc fundamento, diereil das Churfürstl. Sächs. Markt-Rescript die ertheilte Wechselbrieffe, sie mögen betreffen, wen sie wollen, ohne Unterscheid der Person fest und steiff gehalten haben will, und die Churf. Sächs. Constitution (de obligatione ad carcerem expressa, præcedente certioratione, quam urgebant Lipsiensfes) hieher nicht zu ziehen. Eodem tendunt Jenensfes in rationibus decidendi ab ipsis conscriptis: Weilen (1) das Markt-Rescript generaliter redet, und die Weibs-Personen nicht specialiter excipiret hat, hinc censentur comprehensæ, nam generaliter masculinum continet foemininum, l. 1. & l. 195. ff. de V. S. quod etiam in odiosis & pœnalibus procedit, l. si quis. 7. §. 1. ff. de jur. d. Carpzov. l. 6. Resp. 20. iii. 2. n. 16. zumahlen diese keine causa odiosa; sondern es vielmehr zum besten der Kauffmannschafft und zur Bestättigung der Wechselbrieffe ergangen. Und kan (2) die vorgeschützte Constitutio Electoralis 21. P. 2. der Schuldnerin nicht zu statten kommen, cum illa saltim agat de obligationibus civilibus ad mercaturam non spectantibus. Nachdem nun (3) Rechtens ist, quod mulier in negotiis ad mercaturam spectantibus



non possit uti privilegio suo, Marquard. *de jur. mercat. l. 1. c. 12. num. 6.* (v. supra §. II. *hujus Dissert.*) und auffer dem be-  
kandt, quod literæ cambii habeant executionem celerri-  
rimam & paratissimam, *Rec. imp. noviss. §.* als auch bey Han-  
dels-Städten 107. So erachten Wir, daß die Schuldnerin we-  
gen des von ihr ausgestellten Wechselbrieffs krafft des Markt-  
Rescripts auch in Person zu erscheinen, und, wann Sie nicht be-  
zahlet, in Gehorsam zu gehen verbunden.

§. XI. Consulebantur Jcti Jenenses eodem tem-  
pore adhuc super alia quæstione. Quoniam scilicet Re-  
scriptum nundinale casum de mulieribus cambiantibus  
expresse & clare non deciderat, & prout hætenus ex Zipf-  
felio retulimus, Collegia Juridica Saxonica circa inter-  
pretationem dicti Rescripti diversas opiniones fovebant,  
prævideri facile poterat, ad interpretationem authentici-  
cam, ut vocant, tandem recurrendum esse. Scire ergo  
volebant quærentes, an eo casu, si Elector Saxonix Sere-  
nissimus declararet, Nundinale Rescriptum ad mulieres  
quoque cambiantes pertinere, declaratio illa ad casus  
futuros solum pertineret, an vero ad eas quoque mulie-  
res, quæ ante eam declarationem per literas cambiales se  
jamdum obligassent? Non poterant vero aliter, præci-  
pue supposita hypothesi hætenus recensita, quam hunc  
in modum respondere, quod nempe talis declaratio, si  
quæ futura sit, eas quoque mulieres obliget, quæ ante  
impetratam illam literas cambiales dedissent, cum de-  
claratio nihil novi det, sed ad legem priorem retrahatur.  
Inde concludebant, mulieres cambiantes indistin-  
cte obligatas esse, ut ex literis cambialibus conventæ in  
propria persona comparerent, literas cambiales recog-  
nosce-



noscerent & recognitione facta aut solverent, aut carcerem expectarent.

§ XII. Utrumque responsum, Wittebergense & Jenense, nec non sententia Scabinorum Lipsiensium deinde ad Serenissimum Electorem Saxonicum transmittatur, ut scilicet Rescriptum Nundinale Ipse declararet, an ad mulieres quoque illud pertineat, annon? Ab initio quidem opinio Scabinorum Lipsiensium confirmata fuit per Rescriptum de dato d. 5. Febr. 1674. referente D. Zipffelio d. sect. 1. p. 36. hisce formakibus: Wann wir dann beyder Theile Anführen erwogen, und befunden, daß Kläger angezogene Informata (Wittebergense & Jenense) nur einseitig, der Schöppenstuhl in Leipzig hergegen auf die vor euch (denen Gerichten) ergangene Acta in puncto des Markt. Rescripts für Beklagte gesprochen; So lassen wir es auch dabey bewenden, hiermit begehrend, ihr wollet Beklagte in Entstehung der Güte nach Inhalt des Urthels (v. supra s. IX.) durch rechtliche Hülfsmittel zur Zahlung anhalten. Juxta hoc ergo Rescriptum rigor juris cambialis contra sceminas locum plane non invenit, sed solum processus executivus, non obstante, quod, referente Autore citato, Rea cum consensu Curatoris sese obligaverat.

§ XIII. Ita quidem eo tempore controversia decidebatur. Deinde vero Ao. 1674. d. 8. April. Elector Saxonix ab hoc Rescripto iterum recessit & opinionem Wittebergenfium atque Jenensium Jctorum confirmavit hisce verbis: Daß von einem jeden, der Wechselbrieffe von sich gestellet, und betreffen, wen sie wollen, steiff und fest gehalten werden soll, wie dann auch gestalten Sachen nach, daß wider die Weibs. Personen, welche Kauffmannschafft treiben, oder durch Abgebung der Wechselbrieffe sich dadurch dem Recht der Kauffmanns



mannschafft unterwerffen, nach dem Wechsel Recht verfahren werde; als haben wir diesen Umständen nach das Markt-Rescript auf berührte Weibs-Personen gleichfalls extendiret, mit Begehren, daß diesem unfehlbar nachgelebet werde. Promulgatum fuit hoc Edictum, ut Zipfilius loquitur, convocatis in hunc finem Consiliariis Serenissimi Electoris, habita cum ipsis deliberatione, & sic re accuratius perspecta.

§. XIV. Ex hoc Edicto præcipue notandum est, quod non solum loquatur de mulieribus mercaturam exercentibus, sed de reliquis etiam, *quæ non sunt mercatrices*, ex ratione, quod eo ipso, dum per literas cambiales sese ad solvendam pecuniæ summam obligant, rigori juris cambialis se subjiciant, quod idem repetitum fuit in alio Edicto sub dato d. 2. Novembr. & sub affixo d. 8. Decembr. 1675. & adhuc quidem cum novis extensionibus, de quibus deinde dicendi locus erit. Sed vero dicta Electoralis dispositio mox iterum mutationem passa, referente D. Rivino in *specim. Except. forens. c. 8. n. 5.* qui ad Recessum Comitalem de Ao. 1676. d. 28. Decembr. provocat, ubi ad instantiam Statuum Provincialium in Comitii Dresdenibus Edictum in §. præc. adductum ad *solas mulieres mercatrices restrictum fuit*, verbis: Hiernächst so lassen Wir Uns unserer getreuen Landschafft in puncto des Leipziger Markt-Rescripts, auch außserhalb der Stadt Leipzig auf andere Dertter und Personen, die Wechselbrieffe von sich stellen, ausgenommen die Weibs-Bilder, welche keine Handlung treiben, gebethene extension in Gnaden gefallen, und wollen dantenhero, &c. Extensum ergo fuit rescriptum ad alias quoque personas *extra civitatem Lipsiensem*, restrictum vero intuitu *fœminarum*, quæ mercaturam exercent.

§. XV.



§. XV. Restrictio hæc locum quoque invenit in-  
 tuicu sæminarum in urbe Lipsiensi commorantium, nam  
 & contra has tunc demum juxta jus cambiale proceditur,  
 si separatam mercaturam exercent. Clare de hac re dispo-  
 nit die Leipziger Wechsel-Ordnung de Anno 1682. §. 2. cujus ver-  
 ba hic sunt adponenda: Nachdem [2] in der extension des  
 Markt-Rescripts auf die Weibs-Personen de dato d. 8. April.  
 Anno 1674. (v. supra §. XIII.) angeordnet, daß auch wieder  
 die Weibs-Personen, welche Rauffmannschafft treiben, nach dem  
 Wechsel-Stylo zu verfahren; So bleibet es dabey auch ins künfft-  
 ige, jedoch mit dieser Erklärung, daß wann eine ledige, oder auch  
 verehelichte Weibs-Person, welche ihre eigene, und zwar so viel die  
 Eheweiber anlanget, vor sich ohne ihren Ehemann absonder-  
 liche Handlung führet, in ihrem eigenen Nahmen einen Wechsel-  
 Brieff ausgegeben, ob es gleich ohne Bollwort, autorität und  
 Einwilligung ihres ehelichen, oder andern Curatorn, auch ohne  
 vorgegangene Erinnerung ihrer weiblichen Privilegien u. Rechts-  
 Wohlthaten geschehen, dennoch wieder Sie nach Inhalt obange-  
 zogenen Markt-Rescripts verfahren werden solle. Aperte hic  
 recessit Legislator ab iis, quæ alias quondam, uti in §. IX.  
 vidimus, in favorem mulierum adduci solebant.

§. XVI. Facili negotio ex adductis hisce legibus di-  
 versæ quæstiones, quæ in hac materia alias obveniunt, re-  
 solvi possunt. Quæritur scilicet (1) an mulier cambians in  
 negotio cambiali Curatore opus habeat? Negata hæc quæ-  
 stio jam fuit in Edicto de Anno 1675. (v. §. XIV.) verb.  
 Wann Wir dann nach reiflich erwogenen Dingen die extension  
 des Markt-Rescripts dahin erläutert wissen wollen, daß wieder  
 alle und jede Personen, wes Standes und Würden Sie sind, so  
 Rauffmannschafft treiben = ob es gleich ohne Bollwort, au-  
 torität und Einwilligung der ehelichen und andern Curatoren,  
 auch ohne vorhergehende certification geschehen, nach dem  
 Markt-



Markt-Rescript und Wechsel-Recht zu verfahren; als ist hiemit  
 Unser Begehren, ihr wollet auf forthin begebene Fälle euch also  
 gehorsamst darnach achten. Eadem quoad Curatorem repe-  
 ta sunt in der Wechsel-Ordnung, prout ex §. præc. adparet.  
 Concordat jus Prutenicum Land-Recht l. 1. tit. 25. art. 13. §. fin.  
 ibi: Da auch eine Weib's-Person, so zu handhieren pfleget mit  
 kauffen und verkauffen in den Kramen und andern dergleichen  
 Waaren contrahirte, soll solches auch ohne Vormünder bestän-  
 dig und verbindlich seyn, & specialius adhuc de propolita qua-  
 sitione loquitur das Preussische Wechsel-Recht art. 35. ibi:  
 Gleicher Gestalt müssen sich auch diesem Wechsel-Recht so  
 wol ledige, als verehelichte Weib's-Personen unterwerffen, wann  
 dieselbe entweder für sich in eigener Handlung begriffen, oder de-  
 nen Geschäften ihres Ehemannes fürstehen, ob es gleich ohne  
 Wohlwort ihres ehelichen Consorten, oder ohne Einwilligung ei-  
 nes andern Curatoris, und sonder Erinnerung ihrer Weiblichen  
 Privilegien und andern Rechts-Wohlthaten geschiehet. Mulie-  
 res enim eo ipso, dum propitio jure contrahere, emere  
 atque vendere possunt, viro æquiparantur, unde in l. 7.  
*§. 1. ff. de instir. act.* dicitur, parvi referre, quis sit institor,  
 masculus, an fœmina: liber, an servus: proprius, vel a-  
 lienus, item quisquis præposuerit. Nam et si, inquit Ul-  
 pianus, mulier præposuit, competet institoria, exemplo  
 exercitoria actionis, & si mulier sit præposita, tenebitur  
 etiam ipsa, add. l. 1. §. 16. ff. de exerc. act. B. Stryk. de liter.  
*camb. accept. c. 2. §. 5. in fin.* Quemadmodum ergo ma-  
 sculi curatore non indigent, si justæ ætatis sunt, quod sup-  
 ponimus; ita nec mulieres, quando masculis æquipa-  
 rantur. Adde adhuc Statuta Hamburgensia Part. 2. tit. 1.  
 art. 2. Eine Frau die Kauffmannschafft gebraucht, offene Laden  
 und Fenster hält, mit Gewicht aus- oder einwieget und misst, soll  
 pflichtig seyn, dasjenige, so sie kauft, oder verkaufft, zu zahlen und



zu liefern. Die aber, so der Kaufmannschaft nicht zugethan, kan ohne ihres Mannes, oder ihrer Vormünder Wissen und Bollwort, aufferhalb keinewand und Flachs, zu des Hauses Nothdurfft gehörig, nichts beständiges contrahiren. *Notabile tamen est, quod additur, & quod obiter adjicimus:* Hätte Sie aber ohne *consens* ihres Vormunds etwas aufgeborget, oder gekauft, soll dem Gläubiger verstatet werden, ihr das oberste Kleid abzunchmen, bis daß Er bezahlet ist.

S. XVII. *Secunda quæstio est: utrum mulier literas cambiales dons de beneficiis & juribus suis certiorari debeat?* Certiorationem intuitu *foeminarum* semper necessariam esse, quoties negotium aliquo contrahunt, ex quo præjudicium propter ignorantiam juris specialis ipsis indulti incurrere possent, extra controversiam positum esse existimamus, quam materiam ante hos aliquot annos ex instituto pertractavit Excell. Strykius in *Disp. de certiorat. jur. renunciand. præcipue c. 2. & 3.* Sed hic iterum exceptio est in mulieribus mercaturam exercentibus & hoc intuitu cambiantibus, conf. §. II. hæ enim, uti diligentes sunt in emendis vendendisve variis mercibus: ita etiam diligentes & curiosæ esse debent, ut jura ipsis specialiter indulta cognoscant: quod si non faciunt, negligentiam suam sibi ipsis imputare debent: sin vero de beneficiis indultis iis constat, certioratione amplius non est opus. Et ita quoque decidunt jura cambialia Saxonica, v. *Edict. de A. 1675.* (supra f. XIV. & XVI.) ibi: ob es gleich ohne Bollwort, autorität und Einwilligung der ehlichen und andern Curatoren, auch ohne vorhergehende certioration geschehen, item *Ordinat. Camb. Lips. f. II.* (supra f. XV.) verbis: auch ohne vergangene Erinnerung ihrer Weiblichen Privilegien und Rechts Wohlthaten geschehen, nec non *Jus Camb. Pruten.*  
C 2 (vid.



(v. f. XVI.) ibi: und sonder Erinnerung ihrer weiblichen Privilegien und andern Rechts-Wohlthaten geschieht.

§. XIX. Sequitur tertia quæstio: *utrum mulier in causis cambialibus pro altero sese obligans exceptione SCri Vellejani uti queat?* Mulieres mercatrices dicta exceptione non perfrui, jam supra §. II. monuimus, atque testatur præterea Rittershusius *ad Novell. p. 3. c. 4. num. 23.* nec non Wibelius *de contract. mulier. c. 5. num. 109.* jus istud, quod in Pandectis & Codice *tit. ad SCrum Vellejan.* habetur, multarum civitatum maximeque illarum itatutis, in quibus vigent mercaturæ & negotiationes & per fœminas quoque adjuvantur & exercentur, magnopere immutatum, adeoque fere auxilium SCri Vellejani, etiam si ei, ut quotidie fit, non renunciatum fuerit, abolitum esse, v. Consul. Dn. Lic. Kranncœst *in Disp. inaug. sub Præsidio illustris Thomasi habita de usu exiguo SCri Vellejani in foris Germaniæ §. IX.* Sequitur exinde jam pronò alveo, quod ejusmodi quoque fœmina negotiatrice ratione acceptationis literarum cambii exceptione dicti SCri Vellejani non gaudeat, utut per istam acceptationem fiat constitutum, & mulier acceptando literas oblatas se debitoricem ejus, in cujus favorem literæ conscriptæ erant, constituisse censeatur, B. Stryk *de accept. liter. camb. c. 2. §. 5.* Clare de hac re disponit die Leipziger Wechsel-Ordnung *de A. 1682. §. II.* Welches (v. supra §. XV. verba præcedentia) denn auch Krafft dieses dahin erstreckt wird, daß eine solche Frau, welche, wie jetzt gemeldet, ihre eigene Handlung treibet, in Handels-Sachen vor einen andern sich verbürgen und gut sagen, und darwieder das SCrum Vellejanum, ob Sie gleich dessen zuvor nicht erinnert, auch demselben von ihr nicht renunciret worden, nicht vor-schützen könne, sondern dasjenige, wozu Sie sich verbindlich gemacht, genau zu erfüllen und zu zahlen soll angehalten werden. Neque



que etiam ex capite restitutionis in integrum mulieri succurritur, quamvis nondum majorennis sit, prout ostendunt verba mox subsequencia: Allermassen auch die, so das ein und zwanzigste Jahr ihres Alters noch nicht erfüllet, wann Sie eigene Handlung treiben, und sich darinnen zu etwas verbinden, dasselbe allerdings zu halten schuldig, und dagegen mit der restitution in integrum nicht zu hören seyn.

§. XIX. Incarcerari ergo quoque possunt mulieres juxta rigorem juris cambialis, v. supra §. IX. qualem incarcerationem simpliciter permittit Jus Lubecense l. 1. tit. 3. art. 2. in f. licet jure Romano secus sit, v. Mev. ad Jus Lub. d. l. n. 129. seqq. interim tamen ratione modi incarcerationis temperamentum aliquod commendat Joh. Marquard de jure mercat. & commerc. l. 4. c. 10. n. 52. & 53. Carceris autem mancipatio, inquit, hic civiliter accipienda erit, ne scemina, mercatrix scilicet, in carcerem communem conjiciatur, seu vigilum custodiæ committatur, hacque ratione castitatis & pudicitiae periculo subjiciatur; sed in monasterium detrudatur, aut mulieribus custodienda tradatur, ex consilio Imperatoris in Nov. 137. c. 9. Joh. Sibrant differ. jur. civil. & Lubec. Ita Marquardus. Verum apud nos monasteria non semper præsto sunt, quibus mulieres includi possint, & aliarum mulierum custodia non semper est satis tuta; inde vix est, ut adductum Marquardi temperamentum apud nos observetur. Imo prostant recentia exempla, ubi mulieres propter debita cambialia vigilum custodia commissæ, vel etiam carceri inclusæ fuerunt, quamvis hic Judex merito eo respicere debeat, ut separato a masculis conclavi includantur & ita custodiantur, tunc enim periculum castitatis & pudicitiae non facile metuendum erit.



§. XX. Vidimus hactenus præcipue jura Saxonica de mulieribus cambiantibus disponentia. Progre-  
dimur nunc ad jus Cambiale Magdeburgicum, quod Poten-  
tissimus Borussiae Rex in hoc Ducatu A. MDCCIII. publi-  
cavit, & quod cum jure cambiali Saxonico contrulit Chri-  
stoph Immig in libello, quem *jus cambiale harmonicum Lipsia-  
co-Magdeburgicum* inscripsit, qui Lipsiæ A. MDCCVII. pro-  
diit. Ita vero in dicto jure cambiali *Art. IV.* disponitur:  
Alle diejenigen, so sich unternehmen, einen Wechsel-Brieff auszu-  
stellen, wann Sie nur das 21ste Jahr ihres Alters überschritten,  
Sie seyn männlichen, oder weiblichen Geschlechts, Fürsten,  
Graffen, Freyherrn, Hof-Bedienten, Adliche, Gelahrte, oder  
militair-Personen, wie auch Professores und andere Anverwand-  
te Unserer Universität-Halle, sollen eben so feste, als die Handels-  
Leute an diese Wechsel-Ordnung ohne Unterscheid und Exception  
verbunden seyn, also, daß in Entstehung richtiger Bezahlung  
nach Strenge des Wechsel-Rechts wieder einem so wol, als  
dem andern, ohne allen Respect und Nachsehen verfahren, und der-  
jenige, so den Wechsel-Brieff gegeben, oder acceptiret, den Wech-  
sel-Brieff und die Hand in Person zu recognosciren, und wann  
Er solche recognosciret, die Zeit, oder der Tag zur Bezahlung  
auch verfallen ist, alsofort zur Bezahlung angehalten, und keine  
exceptiones, weder dilatoriae, noch peremptoriae, dawieder  
verstattet, sondern der, oder diejenige, so den Wechsel-Brieff  
ausgestellt, also fort zur würeklichen Bezahlung angehalten, oder,  
wenn Er, oder Sie, so bald nicht bezahlen kan, oder will, mit per-  
sonal-arrest, ob Er, oder Sie, gleich mit immobilibus angefaßten  
seyn möchte, beleet werden, &c.

§. XXI. Coniunguntur hic ubique masculus & fe-  
mina cambians. Sermo est tam de cambiis, ubi quattuor,  
quam de illis, ubi duæ solum personæ concurrunt, & quæ  
VO



vocantur eigene Wechsel, mutuo hoc respectu proxime accedentia: nec non de mulieribus, sive sint trassantes, sive acceptantes, in verbis: derjenige, so den Wechsel-Brieff geben, oder acceptiret. Non distinguitur inter mulieres mercatrices & alias, propter verba: sollen eben so feste, als die Handels-Leut, an diese Wechsel-Ordnung ohne Unterscheid und exception verbunden seyn, quamvis in *Art. V. de mulieribus mercatricibus* adhuc subjungatur, eas obligari, licet nondum majorenes sint, modo annum 20. impleverint, es wäre dann, daß Sie wirklich öffentliche Handlung trieben, welchen falls Sie, wann Sie zwangig Jahr alt seynd, pro majorennibus gehalten werden sollen. Porro nullæ admittuntur exceptiones, neque dilatoriæ, neque peremptoriæ: mulier, quæ literas cambiales dedit & exinde convenitur, in propria persona ad recognitionem se sistere tenetur, de quo adhuc semel in fine *d. Art. IV.* dicitur, im übrigen soll der Debitor im Gerichte persönlich erscheinen und kein Mandatarius zugelassen, *rc. denique*, si facta recognitione mulier cambians promte solvere nequit, arrestum personale contra eam decernitur.

§. XXII. In Marchia quoque Brandenburgica Potentissimus Borufforum Rex ante aliquot annos Jus Cambiale promulgavit, quod Anno MDCCIX. revisum & novæ Editioni der Cammer-Gerichts-Ordnung adjunctum fuit, ubi *Art. IV. de mulieribus* eodem fere modo, uti in jure cambiali Magdeburgico disponitur: Alle diejenige, so sich unternehmen, einen Wechsel-Brieff auszustellen, Sie seyn männlich- oder weiblichen Geschlechts, Fürsten, Graffen, Freyherrn, Hoff-Bediente, Adelige, Gelehrte, oder militair-Personen, was condition, Standes, Würde, und von was Bedienung Sie immer seyn, sollen eben so fest, als die Handels-Leute an diese Wechsel-Ordnung ohne Unterscheid und exception verbunden seyn, also daß



daß in Entstehung richtiger Bezahlung nach Strenge des Wechsel-Rechts wieder einem so wol, als dem andern ohne allen Respect und Nachsehen verfahren, und derjenige, so den Wechsel gegeben, oder acceptiret, den Wechsel-Brieff und die Hand zu recognosciren, und wann Er solchen recognosciret, die Zeit, oder der Tag der Zahlung auch verfallen ist, also fort zur Bezahlung angehalten, und keine exceptiones, weder dilatoria. noch peremptoria. dawieder verstattet, sondern derselbe, so den Wechsel-Brieff ausgestellt, oder acceptiret, wie erwehnet, also fort zur würcklichen Bezahlung angehalten, oder, wenn Er so bald nicht bezahlen kan, oder will, mit personal-Arrest, ob Er gleich mit immobilibus angefaßten seyn möchte, beleet, dahingegen aber auch ihm, falls Er einige exceptiones wieder die Bezahlung einwenden will, ohne einige Weitaufftigkeit und bey mündlicher Verhör in der Reconvention, wann Er zuvor die Bezahlung des Wechsels gethan, zu dem Seinigen verhoffen werden solle. Quæ de minorennibus in Jure Cambiali Magdeburgico (v. §. præc.) disponebantur, hic quoque reperiantur *Art. VI.* cum hac tamen differentia, quod jure Marchico ad Annum XXI. uti Magdeburgico ad XX. respiciatur, ibi: es wäre dann, daß Sie würcklich öffentliche Handlung trieben, welchenfalls Sie, wann Sie 21. Jahr alt seynd, pro majorennibus gehalten werden sollen, in Marchia enim Anno XXV. demum alias quis majorennis fit, in Ducatu Magdeburgico autem jam illo XXI. Anno.

§. XXIII. Porro de eo casu, quando uxor nomine mariti, sed absque ipsius præseiræ & mandato, literas cambiales ad maritum directas acceptat, specialiter ita disponitur in jure cambiali Marchico *Art. XXV.* & in Magdeburgico *Art. XXIII.* Alle acceptationes der Wechsel-Brieffe, welche von Frauen, Bedienten, oder andern, so von denen Principalen keine schriftliche bey denen Gerichten deponirte Vollmacht haben, geschehen, sollen null und unkräftig und der Principal



zu keiner Bezahlung verbunden seyn; will aber jemand die acceptation von einer Frauen, oder Diener, ohne habende Vollmacht annehmen, so hat derselbe die Zahlung, dafern der Principal sich dazu nicht verstehen will, von niemand anders, als von dem acceptanten zu suchen. *Acceptatio itaque pro nulla declaratur non intuitu illius, quæ acceptavit, sed respectu mariti, ne scilicet huic ex facto uxoris præjudicium obveniat, quod principiis omnium Legum sine dubio conforme est.*

S. XXIV. De Curatore, quod a muliere cambiante adhibendus sit, nec in jure Marchico, nec Magdeburgico aliquid dicitur. Et ita sane est, neutro jure, pro ut hactenus illud relatum fuit, curatoris præsentia exigitur, sed solam mulierem vel scripsisse, vel acceptasse litteras cambiales sufficit. Verum enim vero per constitutionem specialem sub dato Edltn an der Spree den 22. Decembr. Ao. 1703. in Marchia illud jus nonnihil mutatum fuit. Meretur Rescriptum Regium ad Judicium Camerale Colonienſe directum, quod dictam constitutionem continet, ut hic inferatur, præcipue, cum non in omnium manibus sit. Ita vero sese habet: Friedrich, König in Preussen, reliqua. Unsern ic. Wir haben aus Eurer allerunterthänigsten Relation in Wechsel-Sachen Barthold Michels contra Peter Nibbens Wittib gehorsamst vortragen lassen, und daraus vernommen, was von denen Parthen in appellationis instantia vorgestellet worden, und wie ihr Unsere allergnädigste Declaration verlanget: Ob die Exceptio Scri Vellejani wider die Wechsel statt habe? Nun ist es an dem, daß wenn die Wittib Nibben den von ihrem Ehemanne ausgestellten Wechselbrieff zu zahlen acceptiret, sie davon nicht Bürge, sondern würckliche Schuldnerin worden, und ihr obgelegen hätte, da der creditor bey der Verfall-

D

fall-



fall-Zeit das Geld von ihr nicht gefordert, von selbstn Sorge zu tragen, daß solcher Wechsel wäre bezahlt, von ihr zurück gefordert und cassiret worden, massen so lange ihre acceptation in des Creditoris Händen bleibet, sie allemahl zu zahlen schuldig ist, und kan dem Creditori nicht präjudiciren, daß ihr Ehemann, oder ein Frembder, ad rationem des Wechsels etwas bezahlt hat, denn solche summa sonder zweiffel aus dem Wechsel wird abgeschrieben seyn, wodurch die Beklagte auf so viel dechargiret worden. Zwar hätte der Creditor nach dem falliment ihres Ehemannes seine Zahlung so fort und vorerst bey der Frauen ihrer acceptation halber suchen können; Da aber solches nicht geschehen, so hat Er seinen regress, oder action an dieselbe daburch nicht verlohren. Was sonstn die exceptionem S<sup>C</sup>i Vellejani anlanget, da ist zwar das publicirte Wechsel-Edict gang klar, und darin unsere intention dahin gegangen, daß zu Beforderung des commercii und stabilirung des Credits, alle und jede Frauen, so Wechsel-Brieffe zeichnen und acceptiren, dem Wechsel-Recht unterworfen seyn, und folglich sothane exception wieder Wechsel nicht stat haben solle; Weilen aber solches zu gefährlich gehalten wird; So wollen und verordnen Wir hiemit, daß hinführo und a dato publicationis an zwar alle Kauffmanns-Frauen ohne Curatore Wechsel zeichnen und ausstellen mögen, die übrige Frauen aber, so mit keinem Handel zu thun haben, und an keine Kauff-Leute getrauet sind, die Wechsel-Brieffe, wenn anderst Wechselmäßige execution darauf erfolgen soll, mit und nebst ihrem Curatore, oder Assistenten, wenn selbiger gleich nur extrajudicialiter dazu erbetthen worden, nur, daß es ein solcher, der die Sache verstehe, und sie recht informiren könne, unterschreiben und acceptiren sollen. Wornach Ihr euch denn gehorsamst zu achten, und solches männiglichn fund zu machen habt.

s. XXV. Distinguit itaque Serenissimus Legislator inter mulieres mercatrices, & eas, quæ tales non sunt, & sic hocce respectu jus Marchicum cum jure Saxonico (vid. su.



supra §. XIV.) convenit. Differt vero adhuc ab illo Saxonum jure, quod in Saxonia mulier cambians tunc demum juxta rigorem juris cambialis obligetur, si separata mercaturam exercent, (v. §. XV.) jure Marchico autem omnis mulier, sive separatam, sive cum marito conjunctam mercaturam exercent, imo, si saltem cum marito mercaturam exercente in societate conjugale vivat, propter verba in §. præc. relata, und an keine Rauff-Leuthe getrauet sind, obligatur. Quod si itaque ejusmodi mulier mercatrix literas cambiales vel dedit, vel acceptavit, nulla ipsi exceptio, nequidem SCti Vellejani competit: si vero mulier cambians nec mercatrix est, nec viro mercatori nupsit, non obligatur juxta rigorem juris cambialis, nisi consensu Curatoris contraxerit. Sed hic iterum adest diversitas a jure Saxonico. Scilicet hoc Saxonum jure Curator nemo audit, nisi qui a Magistratu constitutus est; at vero jure Marchico illius quoque consensus & præsentia sufficit, qui extrajudicialiter ad actum cambii requisitus fuit, modo talis sit, qui jura calleat & mulierem cambiantem instruere queat, quænam beneficia ipsi alias competant & quali rigori per literas cambiales earumque acceptationem sese subjiciat. Sed quid si mulier absque Curatore literas cambiales dederit, vel acceptaverit, an exinde plane non obligatur? Puto omnino eam obligari, sed tamen rigorem juris cambialis locum non habere, prout non obscure colligitur ex verbis: wenn anderst Wechselfähige execution darauf erfolgen soll. Idem in Saxonia in mulieribus cambiantibus, quæ mercatrices non sunt, obtinet, ut literæ cambiales eodem modo, ut alia documenta, considerentur,



eundemque valorem habeant, v. Dñ. Berger *in supplem. ad elect. discept. forens. Part. 2. num. 12. p. 60.* ubi præjudicium Scabinatus Wittebergensis de casu, quod literis cambialibus a muliere datis exceptio non numeratæ pecuniæ opponi possit.

§. XXVI. Constitutio in §. XXIV. recensita deinde etiam ad Ducatum Magdeburgicum extensa fuit. Ita enim in Rescripto, quod sub dato Charlottenburg den 17. Jun. 1710. emanavit, habetur: Wann Wir nun solche von der Supplicantin gethane Vorstellungen, insonderheit da Wir in hoc puncto laut der Beilage sub lit. B. (v. d. §. XXIV.) den §. 4tum Unseres Wechsel-Edicts declariret haben, erheblich finden, & in alio Rescripto sub dato Edln an der Spree den 5ten August. 1710. Nun ist belang, daß das Wechsel-Recht hauptsächlich zum besten der commercien und der Kauffmannschafft introduciret worden, und daß an sich billig ist, daß diejenige Frauen, welche mit keinem Handel zu thun haben, und an keine Kauf-Leute verheurathet seynd, die Wechsel-Brieffe, wann anders execution darauf erfolgen soll, mit und nebst ihrem Curatore, oder Assistenten, unterschreiben und acceptiren müssen, da aber solches bey denen Wechseln quætionis nicht geschehen, so lassen Wir es auch billig bey der Verordnung vom 17ten Jun. a. c. Zumahlen da ohne dem nach dem Sachsen Recht keine Frau ohne Zuziehung ihres Curatoris etwas gültiges vollziehen kan. \* \* \* Im übrigen lassen Wir es auch geschehen, daß die den 22ten Dec. 1703. ertheilte billigmäßige Declaration des Wechsel-Edicts in Unserm Herzogthum Magdeburg gleichfalls publiciret werde.

§. XXVII. Juxta jus cambiale Brunsvicensis mulieres cambiantes indistincte obligantur, sive sint mercatrices, sive non, neque in terris Brunsvicensibus curatores adhiberi consueverunt. Verba der Marck-Gerichts und  
Wech.



Wechsel-Ordnung §. XVI. ita sonant: Insonderheit aber werden auch zu Beforderung Handels und Wandels, und zu Erlangung richtiger Bezahlung der aufgenommenen Gelder und Wahren die Wechsel-Brieffe vor ein beqvemes Mittel geachtet, darum auch billig, daß alle und jede, Hohe und Niedrige, Adel und Unadel, Gelehrte und Ungelehrte, Männer und Frauen, so sich deren gebrauchen, ob Sie gleich keine Handels-Leute, dem strengen Wechsel-Recht unterworfen seyn. Sed quid in aliis locis? si mulieres cambiantes mercatrices sunt, nullum dubium est, quin eodem modo, ut masculi, ubique obligentur, juxta ea, quæ supra §. 2. adduximus, præsertim si intuitu mercaturæ contrahant. Sed amplius etiam obtinere puto, mulierem firmiter obligari, licet intuitu mercaturæ non contraxerit, modo in eo loco, ubi cambium celebratum, alias non receptum sit, ut mulieres negotium civile exercentes curatoris consensu opus habeant. Ita novi ex ore Viri cujusdam honoratissimi, in Patria mea, civitate libera Ratisbonensi, mulieres cambiantes juxta rigorem juris cambialis obligatas fuisse, etiam si mercaturam non exercuerint. Distinctiones enim, quæ apud DD. Saxones reperiuntur, inter mulieres mercatrices & alias, nec non eas, quæ intuitu mercaturæ contrahunt, aut absque hoc respectu: juri Saxonico natales suos debent, quod mulieres regulariter & extra casum mercaturæ firmiter obligari non vult, nisi curatore adhibito. At vero in aliis locis curatores ex necessitate non adhibentur, quo etiam jus cambiale Brunsvicense modo adductum respicit.

§. XXIIIX. Quod si vero supponimus talem locum, v. gr. Saxoniam, ubi mulier non obligatur ex cambio, nisi mercatrix sit, vel nisi alias Curatorem adhibuerit: quæstio alia de fidejussore oritur: *utrum fidejussor pro*



ejusmodi muliere cambiante, quæ literas cambii absque curatore dedit, & mercaturam non exercet, solvere nihilominus tenetur? Responderunt negative JCI Lipsienses apud Dn. Zipffel in tract. von Wechsel-Briefsen und dero Usancen in append. Jüdischer Handels-Frau Schedavortb p. 799. ex duabus rationibus, (1) quoniam in casu, ubi mulier ipsa obligata non est, nec ejusdem fidejussor ad solvendum obstringitur, per l. 14. C. ad SCrum Vellejan. deinde (2) quia non constabat in casu Facultati Juridicæ Lipsiensi proposito, quod fidejussor mulieris cambiantis valutam cambii acceperit. Non impugnabimus hanc decisionem; interim tamen duo moneri debere censemus. Primo, extra Saxoniam hoc casu distinguendum esse, utrum mulier literas cambii in propriam utilitatem, an vero in alienam dederit; ad posteriorem casum saltem pertinet l. 14. C. ad SCr. Vellejan. priori autem & mulier ipsa & ejus fidejussor obligatur, si mulier vel non est solvendo, vel difficulter conveniri potest. Imo & in Saxoniam eadem distinctio adhibenda erit. Neque enim præsentia, aut absentia curatoris intuitu fidejussoris attendenda, cum is, qui pro muliere absque curatore contrahente fidejussit, eodem modo consideretur, ut ille, qui pro pupillo, prodigo &c. absque tutoris autoritate, vel curatoris consensu negotium celebrante fidem suam interposuit, unde quemadmodum hic valide obligatur, l. 25. ff. de fidejuss. ita etiam ille, qui pro muliere sine curatore contrahente fidejebet, prout contra Tiraquellum de LL. connub. verb. en pouvoir de son mar. gloss. 4. num. 14. & Berlichium P. 2. concl. 17. num. III. adstruit Carpzovius P. 2. C. 15. Def. 7. eamque sententiam sequitur Dan. Möller. ad Constir. Sax. 15. P. 2. n. 50. seqq. Hering.



ring. de fidejuss. c. 10. num. 3. & B. Stryk. in caus. contr. sect. 1. c. 2. ff. 30. oppido enim erroneum est Berlichii suppositum, quod mulier Saxonica absque curatore contrahens ne naturaliter quidem obligetur. Et posito etiam, eam ita non obligari; is tamen, qui pro tali persona fidem interponit, si non ut fidejussor, tamen ut principalis tenetur, neque ad ignorantiam juris, quæ ipsi non proficit, provocare poterit. Deinde, quando dicebatur, fidejussorem propterea non teneri, quoniam ex literis cambii non constiterit, quod valutam cambii acceperit; hoc ita solum accipiendum est, non procedi posse contra fidejussorem juxta rigorem juris cambialis, bene tamen actione alias consueta adversus ipsum instituta, & ea quoque mens fuit Facultatis Juridicæ Lipsiensis in casu memorato, ubi concludunt hisce verbis: So mag auch wieder denselben [Bürgen] bey solcher Bewandniß nach Wechsel-Recht nicht verfahren werden.

§. XXIX. Alius casus de muliere cambiante ante aliquod tempus coram Prætorio Hallensi ventilatus fuit. Maritus literas cambii dederat easque uxor simul subscripserat, & erant illæ sequentis tenoris:

A. 1709. den = = = Octobr. -- Nthl. curr.

Künftigen Tag Martini zahle diesen meinen sola Wechsel-Brieff auf = = Nthl. sage = = Nthl. an Herrn H. H. D. oder Cornmiss, den Werth von demselben habe selbst bahr empfangen, thue zu rechter Zeit richtige wieder-Bezahlung und nehme G'ott zu Hülffe.

C. E. F. (nomen mariti)

A. E. F. (nomen uxoris)

An mich in Halle, oder wo ich sonst anzutreffen bin.

Postquam dies solutionis venerat, maritus non solvendo  
exi-



existebat, imo in alium locum se contulerat, uxor vero præfenserat & ergo creditor contra illam ex literis cambialibus actionem in Prætorio Hallensi instituebat. Excipiebat uxor rea, se quidem subscripsisse literis cambii, in ipsis tamen literis ejus mentionem nullam factam, sed easdem nomine solius mariti in numero *singulari*, ich zahle, habe empfangen, thue richtige Wiederbezahlung, an mich in Halle, &c. conceptas esse, unde primo videbatur, hanc exceptionem aliquod pondus habere, neque ream aliter, quam falvis exceptionibus, ad recognitionem literarum cambialium adigi posse. Leuteratione vero interposita pronunciatum fuit: Numero aus den Acten so viel zu befinden, daß Beklagtin den Wechsel-Brieff quæstionis in anderweitigen termino in Person zu recognosciren schuldig, und wird Sie mit ihren exceptionibus in die reconvention verwiesen, Halle den 21. Jun. 1710. Fundamentum decidendi est, quod subscriptio non tanquam frustranea considerari, sed effectum habere debeat, qui effectus secundum jus commune in eo consistit, quod subscribens omnia illa approbasse censetur, quæ in documento, cui subscripsit, continentur, v. Mev. P. 6. Dec. 45. Dubium quidem exinde oritur, quod in ipsis literis cambialibus uxoris nulla mentio facta, quod tamen alias requiritur, si ex subscriptione approbatio instrumenti provenire debet, Carpz. P. 2. C. 20. D. 9. verum succurrit responsio, in causis cambialibus ejusmodi exceptiones neutiquam attendi ad impediendam solutionem, sed easdem ad reconventionem facta solutione rejiciendas esse, ut ibi discutatur, utrum alicujus momenti sint, annon.

s. XXX. Quæritur adhuc, quid juris sit, si in illis locis, ubi mulier cambiare nequit, nisi negotiationem exerceat, v. gr. in Saxonia, dicta mulier eo tempore, quo

li.



litteras cambii dedit, mercatrix quidem fuerit, mox tamen & antequam dies in literis cambialibus expressus venit, mercaturam dereliquerit & aliud vitæ genus elegerit, quæritur inquam, an contra ejusmodi mulierem nihilominus adhuc juxta rigorem juris cambialis procedi queat? Ratio dubitandi pro negativa est, quoniam defuit esse mercatrix & sic eam qualitatem exiit, cujus intuitu obligata erat; verum prævalet ratio decidendi pro affirmativa, quoniam in omnibus negotiis civilibus, sive contractibus, ad initium eorum est spectandum & exinde validitas negotii dijudicanda. At vero eo tempore, ubi mulier litteras cambiales dedit, ea mercaturam exercebat & sic etiam in Saxonia juxta rigorem juris cambialis sese obligare poterat. Neque nocet creditori jure quæsito, quod ipsi invito se defierit: gaudet enim creditor jure quæsito, quod ipsi invito auferri iterum non potuit, neque qualitas superveniens tollit, vel mutat originalem naturam, uti loquitur B. Brunn. *ad l. 15. ff. de neg. gest. n. 2.* quia alias multi creditores defraudarentur. Similem casum refert D. Zipffel *in tr. von Wechselbrieffen u. dero Usancen sect. 1. p. 32. sq.* de mercatore, qui antequam dies in literis cambialibus expressus venerat, mercaturam deseruerat & officium aliquod in Aula Principis obtinuerat: respondebant enim Scabini Lipsi, eum nihilominus eodem modo, uti antea, obligatum esse, sine dubio ex iisdem fundamentis, quæ modo adduximus.

§. XXXI. Habes jam, benevole Lector, quæ de materia hacce utilissima colligere & meditari potui. Si in aliquibus erroravi: meliora edoctus mentem meam mutare non dedignabor. Sin aliqua adhuc defunt, quæ tamen ad materiam plene exhauriendam necessaria videantur: imperfectioni humanæ ea condones. Interim prius lege & deinde judica.

DEQ SIT LAUS ET GLORIA.

E

COROL:



## COROLLARE.

**R**egula est, quod exceptio solutionis & compensationis literis cambialibus in processu cambiali opponi possit, si probatio in continente, id est ex liquidis instrumentis depromta, suppetat, v. *Disp. s. IX.* Hæc tamen regula in nonnullis locis exceptionem admittit.

Ita Potentissimus Poloniæ Rex & Saxoniam Elector per speciale Mandatum de Ao. MDCXCIX. d. XXIII. Decemb. constituit, quod eo casu, quando debitor solvens literas cambiales non reposcit, sed eas in manibus creditoris relinquit, creditor vero deinde dictas literas tertio cedit, (indoffiren vocant) debitor exceptione solutionis non gaudeat contra tertium istum, licet a primo creditore facta solutione apocham acceperit. Verba dicti Mandati in puncto exceptionis compensationis & solutionis contra literas camb. que in Zimmig's tract. de jure camb. harmonico Lips.-Magdeburg. Summario XLIII. p. 74 n. 2. continentur, hæc sunt: So wollen Wir, daß künfftig die exceptio solutionis wieder einen Wechselbrieff gegen einen tertium, oder wenn die Sache nicht mehr zwischen dem Ausgeber und dem ersten Empfänger bestehet, anderer Gestalt nicht zulässig seyn soll, als wenn dasjenige so auf den Wechselbrieff bezahlet, darauf abgeschrieben; Es wäre denn, daß bey wäherender Meß-Zeit die Zahlung auf der Börse per Scontro geschähe, auf welchen Fall, weilm die Wechselbrieffe mit dahin zu nehmen, und daselbst darauf abzuschreiben, wegen der grossen Menge nicht thunklich, sondern leicht einer und der andere davon verlohren werden könnte, es gnug, wenn die Zahlung durch die Scontro-Bücher zu erweisen; Doch werden die Handels-Leute hiemit ernstlich vermahnet, solche Scontro-Bücher jedesmal richtig und untadelhaft zu halten.

DO.



DOCTISSIMO  
RESPONDENTI SUO

S. P. D.

P R Æ S E S.

**O**stendisti luculenter, Amice suavissime; multas dari materias easque in foris Germaniæ nostræ frequentissimas, quæ ex foliis Romanorum Legibus dijudicari non possunt. Scilicet exemplum ejus rei præbet Disputatio Tua, quam nunc proxime in Eruditorum corona me Præsidente publice defendere constituisti. Habentur nonnulla de mulieribus earumque juribus & obligationibus in corpore juris Romani; verum uti de cambiis in genere ibi si non plane nulla, perpauca tamen inveneris: ita quoque de mulieribus cambiantibus in specie altum ibi reperitur silentium. Decisiones itaque in quaestionibus circa ejusmodi mulieres obvenientibus ex Germanorum Legibus unice depromi debent. Verum & hic non sufficit, unius Provinciæ, vel civitatis jura cognita habere; sed quoniam singuli Status, prout ipsis consultum esse videtur, diver-  
fas



fas Leges circa quodlibet negotium promulgare  
consueverunt, hinc ejusmodi Leges inter se con-  
ferendæ, & singularum, quantum quidem pos-  
sibile est, exacta notitia comparanda. Præstiti-  
sti omnia in Tua Disputatione. Neque enim so-  
lius Saxonix, sed Marchicorum etiam, Magde-  
burgensium, Brunsvicensium, aliorumque jura  
mulieres cambiantes concernentia adducis atque  
explicas. Quoniam itaque satis patet, Te nec  
Lipsix, nec apud nos tempus, ut multi solent,  
otio aut rebus ludicris transegisse, sed eo viribus  
omnibus annisum esse, ut spem illam, quam Pa-  
tria de Te concepit, omni modo expleres: hinc  
nullum dubium est, fore, ut adveniente divina  
gratia fructum studiorum Tuorum brevi expe-  
riaris. Et hoc ipsum est, quod nunc voveo. E-  
ruditio Tua Patronis Tuis Te mox commenda-  
bit, & ego etiam eo nomine Iphis Te de meliori  
commendo. Vale & res Tuas feliciter age. Da-  
bam in Academia Fridericiana d. XIV. No-  
vembr. A.R.S. MDCCX.













ULB Halle

3

003 486 338



5b

7A-200











1910 29  
1750

TATIO JURIDICA  
DE

# LIERE BIANTE,

QUAM  
MAGNIFICENTISSIMO,  
PRINCIPE AC DOMINO,

RO WILHELMO,  
MARCHIONE BRANDENBUR-  
GDEB. GUBERNATORE,

ELIQUA,  
ACADEMIA FRIDERICIANA,  
PRESIDE

RO FRIDERICO  
OVICI,

ET FACULT. JURID.  
SSORE,

SUO ETATEM COLENDO,  
7. MDCC X.

EXAMINI SUBMITTET

ROLUS Bruchmüller,  
DNENS.

EBURGICÆ,

HENCKELIUM 1734.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

B.I.G.

Centimetres

Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

